

ter, quia ipsa mediante voluntates diuersæ vnicæ sunt; coniunctio vero diuersarum substantiarum dicitur vno, quia illa media compositum sit substantiale, sicut per vniōem plurimæ tabularum vna cathedra, quamvis vnum per accidens; non sic quando substantia perfectibilis cum alia substantia perfectiva vniatur; quia tunc sit vnum per se essentiale. vnde vno ab aliis quibus solet definiri sic [vno est ratio formalis, qua mediante resultat totum in ratione toto]. a mente quorum ego nihil discedo.

4 Conclusio prima. datur aliqua vno, qua mediante vniuit pars perfectibilis cum parte perfectiva substanciali ad faciendum vnum totum substantiale in ratione totius.

5 Probo conclusionem, ex eo quia materia & forma, siue pars perfectibilis & perfectiva, aut elementa ad inuicem se se iusimè ac essentialiter vniuntur; & vnum esseentialle substantiale faciunt; at hoc non per se ipsa; ergo media vniōne; ergo datur vno, qua mediante partes essentiales compositi vniuntur inter se. antecedens non est ponendum in controuersia; quia ab omnibus conceditur. minorem sic ostendo: si non daretur vno vniens dictas partes essentiales compositi, maximè esset, quia sola dipterum partium præsentia sufficeret, ad hoc ut misum cōponerent; at sola præsentia vnius alteri parti, & è contra, non sufficit, ad hoc ut partes nestantur essentialiter in vnum; ergo debet dari vno formalis, partes illas vniens, & quasi ligans, ad hoc ut vnum esseentialle faciant. quod autem sola reciproca partium præsentia non sufficiat ad nexum partium, ad hoc ut ipse veniant in compositionem esseentialē, patet etiam exemplis ponamus. ergo in materia informata anima petri, ingredi locutus, & reddi intrinsecè præsentem animam pauli separatam a materia pauli; si informare materiam, aut partem perfectibilem, essentialiter perficere nihil aliud est quam esse illi intimè præsentem; anima pauli absq; dubio tunc informaret corpus petri, & sic illud corpus esset vnitum naturaliter & essentialiter duabus formis, quod tamen est falsum, non quod duas formæ non possint simul informare vnam materiam, siue perficere vnam partem perfectibilem; iam enim hoc posse ostendi supra in antecedenti quæst. 3. sect. 3. subsect. 2. per totam; sed quod illa sola præsentia faciat vniire animam pauli cum corpore petri, est id falsum, ut dixi. neque possint dicere, quod in tantum in casu proposito anima pauli non vniatur cum corpore petri, etiam si